

significaturi nobis. que et quanta sit fides, eisdem instrumentis et litteris adhibenda. Prefixo eisdem partibus termino peremptorie competenti, quo per se vel procuratores ydoneos cum omnibus actis, iuribus et munimentis earum, huiusmodi causam contingentibus. apostolico se conspectui representent, iustam dante domino sententiam recepture Testes autem qui fuerint nominati si se gracia. odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam, appellatione cessante, cogatis preter quam super criminibus veritati testimonium perhibere, Diem vero huiusmodi prefixionis et formam et quicquid super premissis duxeritis faciendum, nobis per vestras litteras. harum seriem continentes, fideliter intimetis, Quod si non omnes, hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur, Datum auinione. quarto nonas Nouembris. Pontificatus nostri anno quarto.

3397.

1338 d. 12 Nov.

Nynäs.

LARS JONSSON pantsätter 7 öreländ i Hälleby, Kil socken i Nerike, samt $1\frac{1}{4}$ åtting i Älfvesta socken i Östergötland, för 260 mark penningar, som den 24 nästkommande Juni skola betalas till Biskop Styrbjörn i Strengnäs.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus. LAURENCIUS IONSSON. salutem in domino sempiternam. Tenorepresencium recognosco me venerabili patri domino Styrberno dei gracia episcopo strengenensi. in ducentis sexaginta marchis denariorum sweue monete nunc communiter currentis teneri veraciter obligatum. in festo beati iohannis baptiste proximo futuro in numerata pecunia bona fide. modis omnibus integre persoluendis. Pro qua quidem summa pecunie. ei bona mea in helleby VII oras terre cum omnibus et singulis eorum pertinenciis. ac dependiciis quomodolibet nominatis. parrochie kiil in nericia. et vnum attungh et quartam partem vnus attungh parrochie eluastæ. in os-gocia. cum dicte terre pertinenciis. ut superius est expressum nullo prorsus excepto. assigno racione caucionis et pigneraticie. sub hac modificacione videlicet quod si memorata pecunia ipsi domino strengenensi soluta fuerit prefixo termino. terra ipsa et bona, michi meisque heredibus. cedant libere possidenda. Si uero soluta non fuerit. tunc bona predicta prefati domini strengenensis perpetue possessioni. a me meisque heredibus. simpliciter et irreuocabiler secundum legum obseruanciam deuoluantur. per me aut meos heredes nequam in posterum reuocanda. In cuius testimonium sigilla reuerendi viri domini gregorii canonici strengenensis et nobilis viri notholmi egardhæson. et
meum

meum proprium presentibus sunt appensa. Datum nyænæs. anno domini M° CCC° XXX° octauo. feria. V:ta. infra octauas beati martini.

Sigillen borta, remsorna qvar.

3398.

1338 d. 15 Nov.

Helsingborg.

Konung MAGNUS frikallar frémlingar i Malmö, kommande från andra orter med sin köpenskap och resande mellan Malmö och Lund samt andra Skånska städer, från tull, sedan Ärkebiskop Peter i Lund med flera trovärdiga män intygat, att sådan tull icke af ålder brukat af dem erläggas.

Orig. på perg. i Lybecks Stads-Archiv (die Trese). *)

MAGNUS Dei gracia swecie skanie et Norwegie rex Omnibus presens scriptum cernentibus salutem in domino sempiternam Quum relatione quorundam didicerimus hospites in malmøghen ex alienis partibus cum mercimoniis suis aduentantes ac bona sua inter lundis et ipsam villam malmøghae ac alias terre nostre skanie villas in curribus deferentes de bonis eorum sic delatis theolonium sicut alios teneri nobis dare. De quo quidem theolonio eciam venerabilis pater et dominus nobis dilectus Dominus Petrus dei gracia archiepiscopus lundensis cum multis aliis fidedignis coram nobis affirmabat eosdem hospites ad hoc de iure antiquo non teneri licet per aliquos contrarie ad tempus fuerat impeditum. Nos predicti patris nostri ac aliorum fidedignorum testimonio et affirmatione inclinati predictos hospites a solutione dicti theolonei per presentes liberos totaliter reddimus in posterum et quittatos. saluo nichilominus in omnibus iure nostro si nos vna cum patre nostro sepedicto super hoc cercius pronunc fuerimus informati. In cuius evidenciam firmiorem secretum nostrum presentibus est appensum. Datum in castro nostro helsingborgh anno domini M° CCC° XXX° octauo Dominica infra octauam beati martini Episcopi et confessoris.

3399.

1338 d. 18 Nov.

Åbo.

KAPITLET i Åbo underrättar Ärkebiskop Peter, att Kaniken Hemming blifvit d. 15 Nov. vald till Biskop i Åbo efter aflidne Biskop Bengt, och anhålla om stadfästelse på detta val.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Venerabili in christo patri ac domino suo reuerendo fatri[*o*: fratri] petro miseracione diuina archiepiscopo vpsalensi, CAPITULUM ecclesie aboensis tocuis

*) Tryckt efter en af Förste Amanuensen i K. Riks-Archivet, Hr Mag. C. G. STYFFE benäget meddelad afskrift af originalet. — Jemförd med LAPPENBERG, *Sartorii Gesch. d. deutschen Hanse*, II, p. 356.